pacta delegandos iudicentur, item fraudes in navigatione Wartæ propter et contra sensum ultimæ transactionis inten-tatæ corrigantur.

7. Ut sequestri in Prussia Regali Suæ Serenitati impositi onus nimium grave revelletur, remissione Census et subsidij e Ducatu Thesauro Regio debiti ad partem impensarum pro præsidijs in locis illis sequestratis alendis erogando, cum præter istam summam Suæ Celsitudinis Serenitati multo maior e Ducatu bello exhausto remaneat eroganda.

8. Ut pacta induciarum exacte serventur, et ut contra illorum præscriptum libertas negotiationis in Vistula, per confisca-tionem frumenti primo post inducias factas anno, in summum innocentissimorum civium Mariæburgen-sium damnum impedita fuerit, ut id emendetur, et ablata Dominis fidem publicam secuti, nunquam præmoniti facultatibus suis exuti sunt restituantur: ne adversæ parti prætextus et ansa rumpendi inducias præbeatur.

Illustrissimorum Ordinum Regni responsum Electori Brandenburgico datum.

Quæ nuper Dominus Nuncius, nomine Serenissimi ~~Elect~~ ~~oris~~ Brandenburgici Electoris et in Prussia Ducis, in publico consessu exposuit, ea amplissi-mus Regni Polon. et Magni Ducatus Lith. Senatus et ordo Equestris non solum attente audivit, verum etiam dili-genter secum perpendit et inprimis grata accidit Senatui testificatio doloris, ex obitu Serenissimi Regis nostri laudatissimæ memoriæ, in pectore Serenitatis ~~Serenitatis~~ concepti speratque Senatus gratam hanc defuncti Regis me-moriam suam Serenitatem debitis in Rempub. et prolem Regiam, officijs imposterum quoque declaraturam.

Porro res ipsas a Domino Nuncio expositas quantum attinet, Primo non æstimant ~~Illustrissimi~~ ordines quicquam erratum vel omissum fuisse, quod ~~Serenissima~~ ~~Serenitas~~

ad præsentem ordinum convocationem vocata non fuerit, cum n. vivente Ser.mo Rege nuper defuncto, qui annos supra 40 regnavit, tot concilia publica, tot Comitia generalia Regni indicta habitaque fuerint, ad quæ Ser.ma Ser.tas vocata non fuit, neque tamen cum Rege vel Republ: eo nomine expostulavit, minimum videri Ser.mæ Ser.ti: quod ad præsentem convocationem, in qua non tanta solennitate, quanta in comitijs generalibus, publica negotia solent, tractantur, et in qua de præparatorijs solum futuræ, Deo favente, Electionis deliberatur vocata non sit.

Quod v. Ser.ma Ser.tas postulat, ut ad futuram Regis Electionem vocetur, cum superiorum Interregnorum et Electionum acta et exempla Senatus et ordo Equestris perpendit, vident sane idem quoque Ser.tis suæ Majores, a maioribus Nostris postulasse, in more tamen et usu nunquam fuisse, ut aliquando vel Ser.tis suæ Antecessores, vel cæteri fiduciarij coe-natique Principes, ipsique adeo Regum filij ad Electionem Regum vocarentur aut illis unquam interfuissent. Parensque ~~Ser~~ma Ser.tis et ipsa sua Ser.tas cum ad successionem Feudi Ducatus Prussiæ a Ser.mo Rege defuncto et Republ: admitteretur Investituramque ad eundem Ducatum acciperet, nullam ea de re mentionem fecerunt. Postulat Senatus, ut Ser.ma Ser.tas pro ea, qua est prudentia, et pro suo erga Rempubl: studio illius se moribus institutisque antiquis, conformet, neque rem suis nostrisque maioribus inusitatam a Republ: postulet. Quod si sua Serenitas hanc ipsam suam postulationem, maiori iure niti posse existimat, cupiunt ordines, eius rei cognitionem ad Electionem referri, cum in præsenti convocatione Nuncij Palatinatuum

sine

sine quibus nihil statui potest, potestatem non habeant, ea de re cognoscendi.

A tractatibus de pace perpetua vel longioribus induciis cum Ser.mo Rege Gustavo, si idem quoque ipsi placuerit, Ordines Reipub. non sunt alieni: Scriptumque est ea de re ad Ser.mos Galliarum et magnae Britaniae Reges nomine Senatus in eum sensum, ut et pro ante actis in negotio Induciarum susceptis curis, eorum Maiestatibus Reipub: nomine gratiae actae sint, et in futuris quoque tractatibus, eandem Ma.tis ~~[illegible]~~ autoritati rem suam Respub. permissura sit.

Qua in re, quod et Ser.mus Elector operam suam Reipub: deferant grato animo accipiunt Ill.mi ordines, cup[illegible] ut pro eo, atque in pactis Induciarum continetur, Voluntatem Regum eorundem Mediatorum de loco et tempore tractatuum intelligat efficiatque, apud eosdem Reges et adversam partem curet, ut locus eorundem tractatuum non adeo remotus et longinquus, ut Lubeca et Hamburgum sed vicinior aliquis in Prussia Regali vel Ducali designetur, tempusque si fieri potest ante Electionem vel coronationem futuri Regis tractatibus hisce designetur.

Caeterum, quantum attinet fines, vicinitatemque Regni cum Marchiae vel Pomeraniae ditionibus, eam Resp: et formula veterum Pactorum illibatam cupit, tatumque est negotium eius curandum et custodiendum Ill.mo ~~[illegible]~~ Marschallo Curiae Regni, ut Maioris Polon: Capitaneo Generali in iis v. controversiis, quae Generoso Capitaneo Drahimensi, cum Pomeranis nomine finium regendorum intercedunt, id fraudi esse non debet ditionibus Regni, quod ~~Dnus~~ Capitaneus ad [illegible] villae alicuius possessionem cessit, sed integra causa sub arbitrio Commissariorum, ex futuris Conventionis

uentionis

nationis comitiis relinqui debet. Illud vero
non sine dolore accipere potest Senatus et ordo
Equestris, quod Serma Sertas contra pacta
feudalia, ipsumque adeo investiturae suae privile-
gium pensionem anni superioris 30000 fl.
hucusque detinuerit, anniq. praesentis pensionem
60000 fl. nondum exsolverit. Ditius non sine magna
ordinum admiratione Serma Sertas tam pensio-
nem nomine Sequestri Mariaeb: sibi remitti
vel condonari a Republ: postulare, cum toties
et toties a Sermo Rege defuncto et Reipub.
sibi responsum sit Remp. ad onera praesidiorum
Mariaeb: obligatam non esse, habereque Sermam
Sertem Mariaeburgensem alios proventus ex quibus
stipendiis praesidii Mariaeb: provideat. Neque est
quod Serma Sertas causetur vastitatem et deso-
lationem Ducatus Prussiae, cum longe maiora
pluraque damna caeterae regni ditiones ex incom-
modis bellorum acceperint, quae tamen onera
Reipub: ferre cognoscuntur, ac proinde serio Senatus
et Sertem officii fideique Reipub: ex vi formu-
lae iuramenti et pactorum admoneat, ne diutius
solutionem istarum pensionum differat.
Ad postremum quod pacta Induciarum cum Sermo
Rege Gustavo facta, attinet, ea, ex parte sua
Respub. religiose colit atque observat, faciliorique
negocio ostendi possit, a Serma Rege Gustavo
iis aliquatenus non satisfieri, quam a nobis
quicquam contra ea factum esse. Quod si forte
frumenta, vel caetera merces Gedanum potius
quam Elbingam, sive ad alias civitates trans-
missa fuerint, non videt Respub: quid ea in
re, contra pacta peccetur, cum suarum, quam
alienarum

alienarum Civitatum necessitatis ac utilitatis ratio, ordinata nimirum charitate habeatur.

Haec sunt, quae Senatus et ordo Equestris censuit respondere ad ea, quae nomine Ser: Electoris proposita sunt, cui Illustrissimi ordines officia, obsequiorumque suorum studia prolixe deferunt, D[omi]noque Nuncio benevolentiam suam pollicentur.

D.

Illust[rissi]mis et Mag[nifi]cis D[omi]n[ati]onibus V[est]ris, quod me non minori gratia et honore, quam ad sese advocarunt et audiverunt, nunc etiam dimittere dignentur, gratias summas debitasque ago.

Responsum ad postulata Ser[enissi]mi Principis mei datum, quod nunc audivi, eadem et diligentia et fide suae Ser[enita]ti referam. Quae eadem salutationem studiorumque ac officiorum delationem ad Ill[ustrissi]mis et Mag[nifi]cis D[omi]n[ati]onibus V[est]ris gratissimo animo procul dubio accipiet, et Ill[ustrissi]morum ordinum desideriis pro posse suo, animum operamque suam accommodabit. Caetera vero, quae iura Suae Ser[enita]tis concernunt, cum norma et tenore pactorum Feudalium conferet, et quibus sua Ser[enit]as nondum satisfactum esse videbitur, de iis uberius cum Ill[ustrissi]mis et Mag[nifi]cis D[omi]n[ati]onibus V[est]ris communicabit, adeoque ne iuribus suis partisque alicuius in parte derogetur vel quid eis amice debitoque modo gravare curetur. Quod superest de felicissimo solemnis huius conventus exitu pro debito officio meo gratulans, obsequiaque mea Mag[nifi]cis D[omi]n[ati]onibus V[est]ris deferens, earundem gratiae me observanter commendo.